



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Compendium Privilegiorum, Et Gratiarum Societatis Jesu

Pragae, Anno M.DCC.III.

VD18 13723553

Seriùs innotuerunt addenda & mutanda sequentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65423)

**Seriùs innotuerunt ad-
denda & mutanda se-
quentia.**

Página 41. post verba *v. Augusti A.*
1451. addendum: licet investituras
livellorum & feudorum, quas de jure te-
nemur recipere, non recipiamus, tamen
propter hoc non fit devolutio ad Domi-
num, nec incurritur in commissum.

Pag: 83. post verba: *vel sine eo*, adden-
dum: si commodè non posset haberi, ut no-
stri familiares Domorum, aut Collegiorum
infirmi, seu debiles, possint comedere
carnes & ova, seu alia sanis interdicta in
Quadragesima, & aliis jejniis Ecclesiasti-
cis sine licentia Diocesani, vel quòd non
teneantur jejunare in prædictis tempo-
ribus etiam sine consilio Medici.

Pag: 85. post verba in *Bullario Regularium*
addatur admonitio sequens:

*Communicatur ijs, quibus & præcedens
gratia fuit communicata, admonito poeni-
tente, ut si conjugii supervivat, votum
servet.*

S. 9.

*Facultas dispensandi in votis etiam E-
piscopo reservatis.*

Per facultatem Benedictinis concessam
à Martino V. possunt nostri Confessores
de-



deputati dispensare in votis, etiam Episcopo reservatis. Habetur in manuscript. fol. 39. pag. 1. & in Compendiolo Benedictinorum Vallis Oleti pag: 45. & seq:

Paginâ 107 in fine addatur.

§. 15.

Immunitas Grangiarum.

Grangia etiam nostræ habent immunitatem, nè in eis capi possit reus, sicut in atrio Ecclesiæ, ut colligitur ex Bulla Eugen. IV. pro Apostasiensibus, cujus verba refert Emmanuel Rodericus tom: 2. quæstion: Regul: q. 75. art. 2.

Paginâ 165. cassanda est admonitio: *pro usu hujus &c.* & substituenda quæ habetur paginâ sequenti: *Attendendum semper est, &c.* loco hujus verò addenda sequens admonitio: *Quatenus hoc Privilegio frui nostris liceat, statuet P. Generalis.*

Vide verbo *Conservator* §. 5. & verbo *Pralati*, §. 2.

Paginâ 194. §. 7. post verba: *concessum est Dominicanis*, addenda sequentia: à Leone X. per Bullam, datam 21. Junij 1518. Incipit: *Cum inter ceteros: est 33.* in Bullario Regul: Reliqua verò istic posita, spectant ad §. 8. post verba: *Concessit Eugenius IV. Dominicanis per Bullam, ut in Compendio Minorum, usque ad verba: sublatum est.* & quæ posita sunt §. 8. incipiendo à verbis: *ut in eorum privilegiis, usque ad finem omittenda.*